

calibrite

colorchecker CLASSIC

39 Codex Manualis 1087 FA-C24-03

ADMIRABILEM

DEIPARÆ CONCEPTVM

titulo Maternitatis ab omni omnino labe
immunem celebrat inter Suaristicae
Congregationis solemnia. Martinus Pa-
drò, eiusdem divinæ Matris alumnus,
& Collega Cordellensis
nobilissimus.



Barcin. Ex Typ. Cormellas, apud Iacobum Cays,
Anno 1688.

R. 41093

1mm

mâ, non è ramo, non ex virgâ, sed ab ipsâ radice
quàm proximè sumit initium, vt à primo instã-
ti constet Virginem Deiparam Maternitatis ti-
tulo de communi hominum famoso tributo
exemptam evasisse.

Merito igitur sapientior omni laude Con-
gregatio, immunem primevę nõxę conceptum
testivo, quo par est, cultu Deiparę gratulatura,
æternum in virgineo utero Conceptum numen
equali prosequendum plausu simul amplexa-
tur; mutua enim utriusque Mysterij copulatio
mutuam sibi in solemnissima pompa demon-
strationem exposcebat, & vendicabat.

DIXI.

DIXI

33
33
15

26 + 19 0 8. 81

22 + 15 0 4

291 + 18 9

246 + 13 9

246 + 13 9

246 + 13 9

493 6

Sabado a las 3 de la tarde

123 6

145 4

5

6

11

33

33

88

15

108

ADMIRABLEM

DEIPARÆ CONCEPTVM

titulo Maternitatis ab omni omnino labe
immunem celebrat inter Suaristicæ
Congregationis solemnia. Martinus Pa-
dro, eiusdem divinæ Matris alumnus,
& Collega Cordellensis
nobilissimus.



Barcin. Ex Typ. Cormellas, apud Iacobum Cays.
Anno 1688.



SAPIENTER equidem, plusquam humano afflante spiritu, Parthenici Sodales, Purissimum Conceptæ Mariæ Candorem, & concipientis admirabilem excellentiam festiuis unâ plausibus prosequimini. Eximius enim, & Marianus cœtus vester ubi primûm inceptus, vel conceptus, ingenito, & maximo erga Marię pulchritudinem flagravit amore; hunc purissimo illo, quo semper nutritur lacte, ad portentum usque suxit, & auxit, quo maxime ductus Virginem Deiparam, vel Conceptam, semper inviolatam, semper intemeratam, semperque mundissimam enixe voluit, festive coluit. Hinc nihil ipsi unquam magis in votis, quam divinam Matrem totis à primario culpæ dedecore vindicare viribus; nihil magis in amoribus, quam Acroamata illa immaculati Cōceptus optima præconia; nihil magis auspdatum, quam tanti Candoris Mariani compertum omen. Quę omnia in inaccessâ, ac pene divinâ concipientis Mariæ dignitate non solum

solum adhumbrata apparere, sed expressa, vel cæcus videt. Quam enim divina sapientia potuit eligere Matrem præter illibatam? Quem ipsa sapientiæ puritas non horresceret uterum præter mundissimum. Quę sponsam cœlestem *totum* ^{Hug. victo.} *per naturam pulchrum*, nisi sponsa *tota per gratiam pulchra* sibi devinciret? In quem amplius Narcissus ille divinus amore captus, sui que amassius, quam in fontem nitidissimum se se immergeret? Ex quâ flos ille *Candidus, & rubicundus electus ex millibus* egredi potuisset ^{Cant. c. 5.} extra quam de incorruptâ Iesſę Virgę radice.

Verum ne tribus, ut ita dicam, verbis floridû istius Virgę partum perstringamus. Perpendite quęso, clarissimi Marię alumni, Mysterium, nescio quod, in verbis Evangelici vatis mirifice enitens: *Egredietur, inquit, virga de radice Iesſę, & flos de radice eius ascendet.* ^{Isai. c. 11.} Flos de radice? Quis ordo? Quis ascensus? Prudentissimo mirabilis naturæ ordine crescit de more radix in virgam, ascendit virga in rimum, turgēt rimum in gemmam, pullulat gemma in florem; flos vero iste Iesvs, Narcissus iste Nazareus omnem naturę ordinem prævertitur, non è gēma,